

Band VIII., Nr. 2751, Seite 81

Adelheid Richterin von Horb stiftet ein um 20 Pfund Tübinger gekauftes Gut zu Grünmettstetten um ihres, ihres Mannes und ihrer Kinder Seelenheils willen zu einem ewigen Licht im Kloster Kirchberg.

Kirchberg, 1278. Ohne Tagesangabe.

Noverint universi presentium inspectores, quod ego Adelheidis Rihtaria de Horwe viginti libras Tuingenses dedi pro anime mee necnon mariti mei et puerorum meorum remedio et salute, ut cum eisdem denariis emeretur una possessio, de cuius fructibus seu redditibus lumen perpetuum habeatur in Kirchberch coram altari et reliquum, si quid superfuerit, in usum candelarum per eius ministerium, qui sacristie ibidem prefuerit, convertatur. Predictos igitur denarios et cum ipsis emptam possessionem, que sita est in Grünenmezstetin, exnunc libere do Werndrudi priorisse et conventui sororum predicti loci et proprietatem perpetuam libere in perpetuum possidenda, ita tamen quod fructus prefate possessionis auctoritate dicte priorisse in usum duarum filiarum mearum Gertrudis et Mehthildis nec non neptis mee Hecceline, post quarum obitum predicti fructus seu redditus in ministerium luminarium, ut supra positum est, applicentur.

 Acta sunt hec in Kirchberg, anno domini MCCLXXVIII., presentibus fratre Emundo et socio suo, fratre Ber. priore fratrum Predicatorum in Rotwil, Werndrude priorissa in Kirchberch, Her. dicto Munzzer, Ber. fabro, Cūn. de Escha et aliis pluribus sororibus et conversis monasterii memorati. Sigillum autem prioris Rotwilensis presentibus apponi volui ad maiorem certitudinem rei geste.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Siegel des Predigerpriors von Rottweil, spitzoval, c. 38, 25 mm, (II. B.): die Mutter Gottes, stehend, das Christuskind auf dem Arme; von der Umschrift erhalten: . . . RIORIS . FR ROTWILEN . .

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 462 U 298

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Kirchberg

Ortsindex:

Eschach Wohnplatz (12859)
 Eschach, Blumberg, VS
 Grünmettstetten Wohnplatz (7472)
 Grünmettstetten, Horb am Neckar, FDS
 Horb am Neckar Wohnplatz (7484)
 Horb am Neckar, FDS
 Kirchberg Wohnplatz (12729)
 Kirchberg, Sulz am Neckar, RW
 Rottweil Wohnplatz (12416)
 Rottweil, RW